

Luc. 11. Ante Antichristum multa signa.

Dominus Luc. 21. num. 9. Superveniet iniquitatis Antichristus, qui erit caput omnis malitiae & impietatis; ideo Deus in ejus asecelas acriora vibrabit supplicia, precipians eos in tartara, & valde rigide in ceteros impios deserviet Dominus; sed que extrema mala, inter ea plenam Solis, Lunae, & Stellarum obscuritatem inducet; de quibus dicitur: erunt signa in Sole & Luna, &c.

268.

Dies iudicii inopinatus.

Post ergo hanc stragem, ac plagas à Deo emissas in impios, ac asecelas Antichristi, Deus aliquod induget tempus quietis, & pacis in orbe, quo Christiani in persecutioe Antichristi lapsi, & Judaei, aliaque gentes respirare, ut reconciliari Christo valeant, & inde iustificati ad salutem praeparentur, quo tempore mundani homines, tanquam pueri, amota virga, ad iniquitatem suam redibunt, bibentes, comedentes, nubentes, & plantantes vineas, ac exultantes letitia, & gaudio, ut in diebus Noë, & tunc repente veniet finis mundi, ac dies Domini; Unde ait Daniel. 12. num. 12. Beatus, qui expectat, & pervenit usque ad dies mille trecentos quinque. Qui vivet post tempora, & mortem Antichristi sine vivat post Antichristum hos 1335. ut explicat Malveda lib. 11 de Antichristo cap. 29. Sive supra dies Antichristi, qui erunt 1290. ut patet, Daniel 12 num. 11. viver adhuc 45. qui efficiunt 1335. ut expendunt Lytan. Carthusian. Peter. Cornel.

Dan. 12.

Malveda. Lyranus. Carthuf. Peter.

QUESTIO XXXI.

Quare Deus tot, ac tanta signa dabit in Sole, Luna, Stellis, ante diem iudicii?

269.

Signa mystice exponantur.

DE his signis latè egi tom. 4. in Evangel. cap. 50. per integras novem quaestiones priores, quae ibi sunt videnda; & quamvis haec signa contingent, ut ionant, in Sole, Luna, Stellis; tamen multi cum Divo Augustino haec mystice, ac moraliter intelligunt; Sol, scilicet fidei, obscurabitur in multis; Luna scilicet Ecclesiae facies, tota erit plena sanguine effuso ex crudeli persecutione Antichristi; Stellae de caelo cadent, multi nempe viri magnae fidei, eximique Praelati, ac Pastores, magnique Doctores, à fide cadent; proindeque caelum Doctrinae Ecclesiasticae, veluti involutum, recedere videbitur.

270.

D. Anton.

Et maxime notandum, quod non solum dicitur; Sol obscurabitur, seu factus est niger; sed factus est niger, sicut saccus cilicinus; ad quid tam horribilis species Solis; est ne peccatoribus ad salutem, an ad exitum; D. Anton. Ulyssippon. sermone 6. adventus; Hunc Soler mystice Christum interpreta: ur: Iste Sol, ait, factus est niger, sicut saccus cilicinus sacco, enim, nostrae humanitatis cooperuit lucem divinitatis sic canit Psalmista: Posuit vestimentum cilicium

Psal. 68. Christus sub habitu poenitentiae se objicit, ut homines ad poenitentiam alliciat.

Psal. 68. num. 12. Sed ad quid talis habitus cum Christo, qui est supremus Dominus, omnino impeccabilis, & expert poenitentiae? ut pergit citatus Pater; hac veste non Deus, sed reus, non creator, sed peccator merito debet indui; poenitentis, non peccata dimittentis, est ve-

stimentum. In finibus Sol iustitiae objicitur hominibus sub poenitentis habitu, ut peccatores ad poenitentiam moveat, à futuris aequae calamitatis te poenitentes liberet, ut ipsi aspicientes in Sole indumentum poenitentiae, ad eandem, & ipsi accurrant.

Quod pulchre citatus Divus Antonius explicat cum Deus vidisset, hominum mala maxime inundari super faciem terrae: Poenitent enim quod hominem se esset in terra. Et factus dolore cordis intrinsecus; d'lebo inquit, homin m. quem creavi. Genes. 6. num. 6. quid habet dolor, quid poenitentia de homine creato, cum Deo Op imo Maximo, qui est in summo gaudio, & iucunditate; qui & omnino immutabilis est, in quem nec vicissitudinis obumbratio cadit? quid ergo cum eo dolor, quid poenitentia de homine factio? sic eleganter respondet Sanctus Pater: Multum quid, m per omnem modum peccatori necessarium; poeniter me, fecisse hominem; id est, poena tenet me pro homine. Maxime necessaria erat homini poenitentia, ac dolor de suis peccatis; potentissimus ergo Deus sub specie poenitentis, ac sub imagine dolotis, introducitur propter multitudinem peccatorum hominum, ut inde ipsi homines alliciantur ad poenitentiam, propter sua peccata; sese ostentat divinus Sol indutus cilicio, ut peccator Deum, seu Jesum, specie poenitentis indutum aspiciens, currat & ipse ad poenitentiam.

Cum Jacob pergeret in Mesopotamiam, & nox eum teneret, dormivit ipse super faciem terrae, sub capite suo supponens lapidem: vidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens caelum, & Dominum innixum scalae Genes. 28. num. 12. Ipsa caelestis scala, tanquam in humeris dormientis, imponebatur; & Dominus in superiori scala fastigio praesentatur. Surgit Jacob, magno crucis pondere defatigatus; & exclamat: Quam terribilis est locus iste? Unde locus plenus gloria, ac majestate, terribilis apparet? scala illa signum crucis praesfigurabat, ut docent Divus Augustinus sermone 49. de tempore; D. Maximus homil. de cruce. Et cur Jacobo crucis onus tam terribile videretur? Crux tanquam imponebatur humeris ejus, cum Dominus in throno, ac gloria appareret; ab onere omnino exemptus. Ap. positè Chaldaeus sic legit praefata verba: Quam terribilis est locus iste; non est locus communis. Cum locus non est communis Domino, ac servo, terribilis est, nam simul crux Praelati, ac subditi debet humeris inhaerere; si Dominus mecum eundem locum obtineat, eidem ponderi humeros adjicit; onus, seu locus suavis erit, & non terribilis. Huc advoco, quod eleganter dixit Ferrandus Diacon. ad Regem tomo 9. Bibl. Dux sapiens, ait, illic debet ire, quo cupit ducere subditos. Ideo enim dicitur dux, quia ducit; & se ipsum seducit, si per viam regiam putat; posse ambulare, quos ad soveam, non praebendo exemplum, perducit; Tu ergo esto signifer doctrinae sanctissime, erige tropaeum virtutis intuentium jugiter ceteris; in imitandum appare.

Secundò, Respondeo ad quaestionem, & est communis solutio. Ecce tibi Deus in januis est; ecce tibi Deus se accingit, ut veniat ad iudicium, ut appareat hominum iniquitatum ultor. Quid tunc creaturae mundi? Quid tunc Sol, quid Stellae

271.

Genes. 6.

Deus cum imagine poenitentiae, ut homines poenitentes salvet.

272.

Genes. 18.

D. August. D. Maxim.

ut ovis non est commune. Difficilee subditus Praelato obedi.

Ferran. Diacon.

273.

Ab invisibili creatura doctur homo, facere poenitentiam.

Stellae faciente quid aliud clamabant, & ostendent, tibi muta caeli signa nisi poenitentiae documenta; nihil aliud per se ferunt caeli lumina, nisi cilicia sanguinis effusiones, humi cubationes, ut etiam ab irrationabili, ac insensibili creatura doceatur peccator, per satisfactionem poenitentiae, fugere à ventura ira.

274.

Abulens. Lytan. Percira

Bruta animalia docent homines, fugere à ventura ira.

D. Basili.

275.

Genes. 8.

3. Reg. 17.

Sedulius.

Cur inveni suos erroris emendare.

Praenuntiat Noë diluvium per spatium centum annorum cui non dabatur fides: jam verò appropinquante diluvio ait sacer textus: De animalibus quoque mundis, & immundis, & de volucribus, & ex omni, quod movetur super terram, duo, & duo ingressa sunt ad Noë in arcam. Genes. 7. num. 8. Quae animalia, ut est communis vox interpretum, ingressa sunt ad arcam nemine cogente, ac impellente, sed ipsa per semetipsa veniebant ad vocem, ad jussum Noë: ut videre est apud Abulensem Lyranum, Perciram, & alios. Sed cur sic factum? antequam aquae diluvii inundarent, ipsa bruta animalia ultro conveniebant ad arcam, in eamque se recipiebant, ut quot erant animalia, quae ad arcam concurrebant, tot essent Praedicatores, ac monitores, viam peccatoribus ostendentes, quae poterant fugere à ventura ira, si nimirum à Noë, ejus vocem, ac imperium, & ad arcam se recipere, in qua refugium habere poterant: quae omnia miseris pro obstinata duritie contemnebant. Divus Basilius Seleuc. oratione 5. Interea bruta diversae generis, ait, videbant illi, ad N. enim concurrentia; nec eorum, bruta videndo, ratio detorquebatur in melius: voluit, ut ad commune quoddam hospitium, & receptaculum, devolantes; remque adeo miram despicebant; contra tumultu, ac trepidatione complebantur omnia. Et maxime digne periere, qui insensibili creatura insensibiliores sunt, & brutiores brutis.

Cum jam aquae diluvii cessassent, Noë aperiens fenestram arcae, misit corvum, qui egrediebatur, & non revocabatur. Genes. 6. At verò ad Parentem Eliam corvi deseriebant panem, & carnes, vespere, & mane; Reg. 17. n. 6. Quare ergo ad Eliam corvus, & corvus toties venit, qui semel à Noë missus, nunquam amplius ad eum est reversus? Inde sanè, quia ad Noëm non est regressus, inde toties Eliam reperit; pristinam ingratitude castigans, & emendans, recompenfat cum Elia; de sua antiqua negligentia satisfactionem praebens; quod eleganter arrigit. Sedulius lib. 1. Palch. cap. 13. Nunc, ait, Elia corvus bonus, ac fideus, qui Noë quondam malus, ac perfidus, in terris abluat culpam, in aquarum inundatione contractam. Disce, o homo pro tuis culpis Deo satisfactionem dare, quando & ipse corvus, rationis expert, contendit pristinos errores emendare; omnis ergo creatura praedicat homini poenitentiam, & ut à ventura ira Dei fugiat.

Apoc. 6. n. 14. Et caelum recessit, sicut liber involutus: & omnis mons, & insulae de locis suis motae sunt.

15. Et Reges terrae, & Principes, & tribuni, & di-

vites, & fortes, & omnis servus, & liber absconderunt se in speluncis, & in petris montium.

VERSIONES.

Syriac. n. 14. Et caeli separati sunt, sicut liber involutus, & omnes montes, & insulae, è locis suis motae sunt.

Pagn. Vatabl. Sicut liber, qui circumvolvitur.

Arabicus. Caelum involvetur, quasi charta.

Primasus. Sicut liber, cum evolvetur.

Arabic. n. 23. Et Reges terrae, & regni omnes sustinentes, & potentes, & omnes, qui super ejus superficie sunt; tum ingenui fugerunt, & absconderunt se

Syrus. Et Reges terrae, & magnates, & duces millenorum, & divites fortes, abdidit ipsi.

D. Cyprian. S. Prosper. Maximi quique.

Occumen. Reges Dynastae absconderunt se in speluncis, & in cavernis montium.

EXPOSITIO IX.

OE LUM recessit, sicut liber involutus. Sic explicant Sanctus Thomas, & Suar. lib. de superstit. cap. 11. Caelum recedit, non motu locali, sed ab oculis hominum; sicut recedere solet liber involutus; quia literae in eo contentae, jam legi non possunt. Nam Luna sanguinolenta, Sole nigro facta, Stellis obtenebratis, jam homines, ac Astrologi non habent, quid valeant cognoscere, ac conjecturare de caeli luminibus.

Et omnis mons, & insulae de locis suis motae sunt; Nunc explicat Joannes in specie, quod apra num. 12. dixerat in genere. Terra motus magnus factus est. Nunc ait quod omnis mons, & insulae de locis suis movebuntur, proprie ut sonat intelligendum est, quod fiet ad maximum horrorem, & confusionem hominum; & saepe visae sunt insulae, ac montes terrifico notu commoveri, non tamen tam terribiliter, ut modò fiet.

Et Reges terrae, & Principes. Multum hic explicatur vehemens, ac maximus timor, ac perturbatio impiorum hominum illius temporis, ita

276. S. Thom. Suar.

277. Terribilis motus.

278.

ita ut summi magnates, Principes, ac Reges, gubernatores, magni, & parvi, fortes, ac debiles, tam magno, & acerbo metu trepidabant, ut mori potius eligant, quam imminetia mala experiri; & id d absconderunt se in speluncis, & in petris montium, ut ita latitantes; cogitent fugere a ventura Dei ira; sed frustra, & incassum introibant, ut dicitur Isai 2 n 21. Et egredietur scissuras petrarum, & in cavernas saxorum, a facie formidinis Domini, & a gloria majestatis ejus, cum surrexerit percutere terram.

QUESTIO XXXII.

Quare cum Dominus dicatur extendere caelum, sicut pellem, nunc vero dicitur, quod caelum recessit, sicut liber involutus?

Isai 1.

279. D. Thom. Lyranas. Suar.

Isai. 34. Psal 103.

180.

Psal. 103. Caelum nobis dat, & clamor Dei cogitatio em. D. Chryf.

Psal 18.

Hebr.

281. D. August. Psal. 8.

Psal. 103.

libros nominat; & inde dictum existimat: Extendens caelum sicut pellem. Extenditur charta membranea, ut legatur; ita & extenditur sacra Scriptura, ut legatur, & aperiantur sacra mysteria in ea contenta; tanquam fulgentissima sydera in caelo constituta: Hoc autem, caelum, scilicet sacra Scriptura, tanquam liber involutus recessit a Judaeis, ait Rupertus Abbas: quibus ob suam perfidiam clausa est sacra Scriptura ut eam non intelligant, ac proinde fidelibus caelum sacrae Scripturae est extensum: infidelibus, ut Judaeis, recessit, & clausum, sicut liber involutus. Rupertus: Caelum recessit, ait, quia videlicet sensus illorum coarctati sunt, & dispersi ab illis; non non data est illis, propter inordinatam cordis, & mentalis sacrae legis intelligentiam: quomodo recessit? sicut liber involutus, inquit, pulchre est satis innuit, quod per caelum recedens intelligi voluit: qui recessum illum libro involuto similavit; ac si diceretur, quia involuta & clausa est illis omnis Scriptura divina, & clausura: nobis autem, ad quos venit, recedens ab illis reseratus est, & apertus est.

Rupert. Scriptura sacra clausa Judaeis, aperta fidelibus.

Quarto, Divus Augustinus lib. 5. de Genes. ad literam cap. 20. hanc assignat rationem: Deus, ait, saecula, qua cum primum condita sunt, tanquam impleta ediderat, succedentibus temporibus, explicat, extendens caelum, sicut pellem; id est, per caelorum motus, ac vicissitudines temporum, mundum involutum paulatim evoluit, eductis, sicut alii, & alii e capacitate specierum individuis, alii & alii effectibus e causarum suarum sinibus, ac praesertim e cali solique motu, & influxu. Cum ergo ab hoc motu, & ab hac providentia suae explicatione cessat, ac individua, & effectus inde manantes tollit, vel suspendit, ut faciet in die iudicii; inde dicitur, suae providentiae librum, caelumque recedere, ac complicari; quoad effectus nempe.

282. D. August.

Caelum recedit ab influxu; inde dicitur, recedere.

183. D. Bonav.

Religio veluti caelum.

Joachim. Sic Religiosi persequuntur ab Antichristo quod vix apparent.

284.

Quinto, caelorum nomine designari poterit Religiosus ut explicat Sanct. Bonavent. lib de Ecclesiastica Hierarch. part. 4. cap. 4. Ubi multis explicat, quod caelorum nomine intelligitur sanctitas Religiosorum. Primum, propter remotissimam elongationem ab amore munditiae imitationem. Secundo, propter caelestis munditiae obedientiae continuationem; & ob multas alias rationes, quas late Sanctus Doctor explicat; si ergo caelo deuoratur Religiosus, quid est, quod in ultimis diebus, recessit, sicut liber involutus? Tanta persecutio excitabitur ab Antichristo, ejusque ministris adversus Religiosos, ut fortissimos Christi Milites, ut vix tunc appareant, & recedere videantur; vehementer eos delere, intentabit Antichristus, & ad mortem rapere non longe est ab hac consideratione Joachimus Abbas; dum verba text. Et omnis mons de loco suo motus est: Sic explicat: Montes in hoc loco Monasteria designant; movebuntur autem montes de locis suis; quia est fugatis conventibus Monachorum; aut destruentur penitus, ut non sint, aut usi suis legibus non sinentur.

Sexto, cur in sexto sigillo apparent quod caelum recesserit a loco suo; se u ut habet Syrus: Caeli separati sunt: Quis unquam talia audivit caelum a loco suo recedere, & a se invicem separari? Non mirum, sermo est de novissimo

QUESTIO XXXIII.

Quare hic tam exabte exprimitur, quod Reges terra, Principes, magni & parvi fugient abscondentes se in speluncis?

Forer. Tanta erit ira Dei iudicis, ut caelum ferre non potens, fugere videatur.

285. Apoc. 20. Ab ira iudicis astra, & terra fugere videatur.

Iansen.

Luc. 21.

Psal. 75.

286.

novissimo die iudicii, in quo tanta erit ira Dei, ac vindicta magnitudo, ut quasi caelum eam ferre non valens, in fugam, ac recessum se date videatur. A qua consideratione non longe est Forerius in cap 34. Isai. cum ait, Observationem luminarium caeli in notant haec; quae nihil aliud, quam superam tristitiam, & rerum adversariorum quandam inandationem esse, atque hoc est, quod Evangelista dicit, solem obscurandum, & lunam retrahendum lumen, & stellas de caelo ruituras; & Ioan. in Apocalyp. Caelum recessurum.

In hoc sensu explicant multi illud Apocalypsis 20. num. 11. Vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, a cuius conspectu fugit caelum: Fugit caelum, non a conspectu throni; sed a conspectu sedentis in ipso throno, praerata, ac furore quem veniens ad iudicandum ostendebat. Ad cuius gustum explicat Iansenius in sua concordia illud, quod Christus Dominus dicit de iudicio; Virtutes caelorum movebuntur. Luc. 21. num. 26. Per virtutes caelorum, intelligit omnia sydera, quae a facie Dei iudicantis, maxime praetimore commovebuntur, a suis locis agitantur. Unde Regius Vates Psal. 75. num. 9. De caelo auditum fecisti iudicium: terra tremuit, & quievit: Ingenti quidem tremore afficitur terra, dum audit sonum iudicii, ut etiam praetimore non audeat, etiam mutire; sed omnino quiescit, ac si fugere videatur.

Et quis non timeat vocem Dei iudicantis; illiusque horrendum tribunal, quando una vox Dei imperantis minaci affectu, valeat impios vehementer castigare, ac torquere? Reprobi illi spererunt nullum flagellum in manu Jesu viderant; solum ejus minaces voces excipiebant; & clamant, Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei? venisti ante tempus, torquere nos Matth. 8. numero. 20. & Luc. 8. num. 32. Nullum supplicium in eos infligebat Dominus; & tamen a solo ejus conspectu, minacique voce magnum tormentum profectum se experiri fatebantur miseri. Ut notat Divus Basilius Seleucus oration. 23. Nondum, ait, eos in iudicium traheret: nondum tribunalis errorem ostendebat: nondum iudicii flammam accendebat: sed minis tantum effrantes impetu refranabat: & mali tanta vis erat. Sola minacis iudicis vox accipiebatur, solum venturi mali sonitus timebat; & de se sonitu solo insolens tormentum miseris conficiebat; pro quo accipe dictum Amos capite 2. numero secundo: & mistam ignem Moab: & devorabit aedes Cariob: & morietur in sonitu Moab. Tantus erit horror, tantaque flamma jam appropinquans, ut ejus sonitus audientibus mortem inferat, & extremam cladem.

287.

Iugens iudicis timor.

288. Haymo.

Psal. 75. Isai. 75. Ad paroci-nia sanctorum confugiendum est. Haymo.

Marth. 24.

289.

Sensus literalis, jam factus est in explicatio- ne; non potuit sacer textus ad significandum perturbationem, ac timorem hominum illius temporis, quid melius, quam id, quod in praesenti proponit, quod scilicet omnes magnates, ac potestates saeculi, ut Reges, Principes, tribuni, divites, ac fortes; tantam anxietatem, ac perturbationem patientur, ut ad speluncas sese latitantes recipiant, hic autem timor omnibus erit communis; non solum tenebit, & apprehendet potentatus; sed etiam minores, & parvos, ut servos, sed moraliter quid dicamus.

Primo, Haymo, per Reges intelligit viros maxime virtute praestantes, qui semetipsos sciunt regere; per Principes etiam intelligit eos, qui sunt minoris virtutis, qui super suos appetitus principantur, per tribunos interpretatur eos, qui praevalet contra vitia carnis, ac tentamenta demonis; fortes dicit, non robustos corpore, sed virtute animi. Si ergo hic intelliguntur homines iusti, fundati in charitate; & charitas foras mittit timorem; quomodo isti sic correpti erunt tremore; ut ad speluncas, ac petras montium confugiant? Per montes intelliguntur Angeli, ac viri valde illustres, ac eminentes sanctitate. Psal. 75. numero 5. Illuminatus tu mirabiliter a montibus aeternis. Isai. 3. numero 14. Tam tremendum erit iudicium futurum Domini, ut etiam iusti ad obtinendam misericordiam, ad sanctorum, ac beatorum spirituum intercessionem confugiant; sic ait Haymo: Illi omnes, sublima persecutione deprehensi, fugient, & abscondent se in speluncis, & petris montium, id est, suffragia sanctorum hominum, & Angelorum expellens; ad hos montes novissima persecutione comprehensos, hortatur fugere Dominus, Matth. 24. num. 16. Dicens; tunc, qui in Iudaea sunt, fugiant ad montes.

Secundo, Quamvis Reges ac Principes in malam partem aliqui accipiant; tamen multi in bonam interpretantur, est Haymo, mo proximè citatus, & Ioachimus citandus; & sic Gagnæus rem explicat; per Reges, & Principes, fideles majoris dignitatis intelligit; fortes in fide, divites bonis operibus, servos Iustitiae liberos a peccato. Si ergo hi sunt viri sanctitate illustres, & a peccato liberi, cur sic latitantes se recipiunt ad cavernas montium, cum non habeant peccatum, quod facit homines timidos? non mirandum amen, quod etiam sanctissimi, ad speluncas sic agiant, sic timeant ad Dei iudicium, ut vilibet parum fidat de sua iustitia ac virtute; quod observat Divus Caesarius Arel. ad illa verba Matth. 25. n. 9. Ne forte non sufficiat nobis.